

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

Orationes in Marchio-Badensis Societate Latina ab ordinariis h. soc.
solidalibus habitare - Cod. Karlsruhe 3420,2

Hebel, Johann Peter

[Karlsruhe], 1772-1776

[Enslin, Johann Christoph]: Quinam verus philosophus sit [...] explanavit,
1776

[urn:nbn:de:bsz:31-99834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99834)

752
Quinam verus Philosophus
sit dicendus,
explanavit

Joannes Christophorus Enslin
P. U. St. Spirensis.

MDCCLXXVI.

285/02

Quia in hoc mundo
 non est nisi
 unum deum
 et in eo
 unum verum
 deum
 et in eo
 unum verum
 deum

Omnia
 CXC
 Orna
 castitatis
 rum p
 Virtutina
 Sophia
 an virtut
 quomodo vi
 De animi
 et, illa,
 quia in hoc
 illa dicitur
 certum est
 um sit in
 quia verum
 Sanctus

77
Omnium sane, DIRECTOR
EXCELLENTISSIME, Sodales
Ornatissimi. omnium, quae unquam
existierunt, ac quae hodie existant, scienti-
arum praestantissima est ac utilissima
Doctrina illa nunquam satis celebranda, Philo-
sophia! Illa est, quae cum officiis nostris, quae
cum virtute familiariores nos reddit; illa est, quae
quemodo vitae nostrae ratio sit instituenda, quemodo
animi affectus sint moderandi, nos do-
cet; illa, cuius ope omnium rerum admirabilium,
quae in terris mundos, fiunt, causas aperientur,
illa demum, quae veram ad felicitatem perdu-
centem viam nobis ostendit. — Ne quantum su-
um sit emolumentum, scientia nunquam non
mihi veneranda, quanta iucunditas, quanta pre-
stantia atque divinitas, verbis exprimere

757
ego quomodo possem, cum nemini unquam
contigerit mortaliū. Merito iste Ratinus
eloquentissimus et philosophiae dignissimus
Cultor M. Pallus. Unus dies, dixit, unus
dies ex philosophiae praeceptis adus immor-
talitati est anteponendus. Merito & dic-
tus ille Plato: Nullum a Diis immor-
talibus datum hominibus est philosophia
maius praecleariusve donum, inq. alio loco
de rep. bene ad ministranda: Num Demus,
inquit, civitates fore beatas, cum aut re-
gnarent philosophi, aut reges philosopha-
rentur. Vanta iam in praeis his et tem-
poribus nobilissima scientia haec a claris-
simis viris laude est ornata. Sed quid mi-
rum? Eruditissimi sapientissimiq. viri
hi plane non ignorabant, quantis haec

scientia cultores suos fructibus ac volupta-
 tibus tumulet atq; perfundet, cum ipsi philo-
 sophiae operam dantes non poterant non utili-
 tatem ea illa profumta iocunditatemq; ipsi
 sentire. Et quinam mortalium poterit unquam,
 nisi omnino cauerit humanitatem ac sana men-
 te plane sit destitutus, quinam poterit insiti-
 adire, haud quemquam, qui litterarum in stu-
 diis versari cupiat, hac nobilissima eruditionis
 parte egere nulla ratione posse. Quamcumque
 enim quis vitae viam ingredi parat, persusum
 sibi semper habeat, omnium philosophiae partium
 cognitionem sibi esse utilissimam, quae unquam ma-
 xime necessariam. Sine philosophia plane muta
 conticet eloquentia, manca & mutila vit
 iuris legum, cognitio! Ac quantum, quaeso, Musi-
 cos spectatissimi! quantum is, qui theologiae
 operam est daturus, proficiet, nisi antea

60
animus eius Diligenti philosophiae tractatione
praeparatus sit atque praecultus. Et si om-
nes enumerare vellem artes, atque scientias,
quae sine philosophia consistere non possunt,
Dies sane me deficeret. — Namque cum vis con-
quidiar, qui, cum sint perversi ingenio ha-
mines, philosophiam ne piti quidem faciunt,
ac fugiendam detestandamque illam esse existi-
mant. Quam leves, futilesque illorum senten-
tiones, ea ipsorum optime apparebit ser-
mone. Nudiamus ergo. Cuius si omnes,
inquirant, quibus unquam mortales erant
imbuti, errores a perniciose scientia ista,
quam philosophiam dicitis, sunt profati,
si lot tantaque perturbationes, quibus
mundus iam erat inundatus, a phi-
losophorum grege originem trahere suam.

si nihil tam absurdum tanque stupidum cogi-
 tari potest, quod non a philosopho quodam
 esse affirmatum, ac evidenti-^{pe ad}ssime
 veritatis creditum; si philosophi omnium cla-
 rissimi nobilissimiq, quos eadem doctrinae
 cultores non possunt non primas eideri, si hi
 ab hominibus non philosophis quidem, sed pruden-
 tia atq, sapientia multo praestantioribus for-
 miales ac nugatores putantur; si
 tam, diversa philosophiae systemata in lu-
 cem prodire, ut tota philosophia vel ut
 confusa sit farrago; si innumerabiles
 filiae hodie sunt, qui, licet omnium philo-
 sophiae partium expertissimos se esse profe-
 teantur, stultissimum tamen, ~~et~~ ab omni
 sana ratione remotissimam degunt vitam,
 quomodo, dicunt, rebus ita sese habentibus

quomodo haec scientia, quam adcoelom usque
 fertis, de cuius praesentia tot tantaque
 iactatis, veritatibus, ut affirmatis, mun-
 dum ditare, stultitiae hominum meliori,
 societati humanae utilibus inventioni-
 bus prodesse ac alia eiusmodi i poterit.
 Nonne potius universum perturbabunt
 corrumpentque mundum? Et haec scien-
 tia teterrima, quae nil nisi perniciam
 plenamque ruinam mundo minatur, ut
 vis adhaec esse dicidur, ea, quae tan-
 quam pestis vitanda est ac detestanda.
 Desine, insane, scientiam calumniam
 ac obscurare, cuius pretium, cuius inco-
 dibilem immensumque fructum nondum
 perspexisti, ne potestatem quidem habes
 perspicendi! Tu, qui nunquam naturam

(834)

philosophiae perquisisti, ad eam de illa
audes. Omnes errores, dixisti, omnes pertur- X
bationes, quae unquam mundus erat, peccata,
a philosophia originem duxisse suam! Quid
se de quibusdam, qui philosophi nominaban-
tur, profatas eas esse artiffes, recte dixisti.
Qua^{re} autem philosophiae culpam vis attri-
buere, quae indigno potius delictibus eius
esset attribuenda. Si paucos enim accuratius
perturbationum harum auctores requireres,
plurima ex parte homines fuisse peccatores,
immodestos ac non tam veritatem curantes
quam, sententiae suae ut applaudatur, nitentes.
Sed et clarissimi philosophi errarunt,
inquis! — Sane errarunt! Sed unius tan-
tum, quae se, mortalis testimoniū adfer, qui
non aliquando in errorem incidisset. Progi-
tur non philosophiae, sed corruptae potius

imperfectaeq; mortalium naturae est attri-
 buendum. Porro omnes res eas, dixisti,
 quae nihil est absurdius solidiusq; a phi-
 losophis quibusdam esse affirmatas, intelli-
 gisti nos philosophos ab hominibus prae-
 dentioribus tanquam stultos deoperari;
 eos, qui philosophiae cultores se esse pro-
 fiteantur, vitam gerere a sapientia
 longe distantem alias cuiusmodi. Tan-
 tum abest, ut omnes hasce obiectiones
 tuas cum veritate convenire negem,
 ut patius ipsis nihil eis esse verius, ni-
 hil certius, nihil evidentius esse putem.
 Concedes mihi igitur, dicere te audio,
 philosophiam omnium scientiarum
 esse perniciosissimam. — Hoc crederi
 nolim, amica! — Uno te verbo statim

207
sum refutabatur, In hoc sola fallacia con-
sistit tua, quod philosophiam semper eiusmodi
totes permittes. Quoniam quidam, inquit, philo-
sophi stultitiae transiendum ingrediuntur, ~~quoniam~~
~~quoniam~~ quoniam quidam philosophias cultores
a viris prudentibus negatores ^{et} execrantes,
quoniam philosophiae assidue absurdam quan-
dam sententiam aliquando affirmarunt, non
potest non philosophia esse vitanda detestanda.
Quam absurda, quamque invidiosa ista sit conclu-
sio, tale ipse, dummodo velis, intelliges. Haec ra-
tione concludere si fas esset, omnes essent scien-
tiae, omnes artes atque doctrinae fugiendae
abhorrendaeque! Sic & dicere possem, cum multi
Theologiam qui colunt, requissime tamen fla-
gitiosissimeque vivant, ac divinae scientiae
huius praecepta minime observent, Theologiae

non opera est danda, sed tanquam perniciosa scientia fugienda illa est. Quis unquam, si vel scintillula sanae rationis illi insit, sic ratiocinabitur. Satis igitur superque obiectiones tuas parum validas refutasse opinor. Semper mihi sanae philosophiae omnium scientiarum vis reverentissima, philosophia, quam virtutis indagatricem, vitiorum expultricem, Latinorum eloquentissimus, philosophorumque facile princeps vere meritoque nominavit. —

Tamque ad meam accingam me propositum necesse est. De qualitatibus veri philosophiae cultoris paucis differere conflatui. Vos, igitur, auditores venerandi, ut orationuculam meam indulgentibus accipiat animis, mihi, differenti patientem.

Citat. Linnæus

accommodetis aurem, rogo obsecroque. —
 Quinam, igitur, verus philosophus sit dicendum
 demonstrare periclitabor. Quam ad modum
 nulla est scientia, nulla ars atque doctrina,
 quae non habeat cultores, qui nullo plane
 sibi sunt ornamento, sed maximo potius de-
 decori, sic et hoc philosophiae est fatum.
 Maxime igitur nobis est cavendum, ut ne
 veras philosophorum falsis, fucatos cum sen-
 ceris commisceamus. Ut autem id co-
 muni commodiusque facere possimus, tam veris
 philosophiae cultorem, quam falsorum
 simulatorumque qualitates peruestigemus
 necesse est. Omnium sane prima qualitas
 veri philosophi est ardentissima utilitati
 ac commodis aliorum inferiendi cupidi-
 tas. Quicumque enim suis tantummodo

89
commodis proficit, is profecto philosophi
nomine est indignissimus. Philosophia enim,
& praesertim quaedam eius pars, ut ne par-
vius solam, sed & aliorum inserviamus com-
modis, ut ne nostras tantum, sed & aliorum
promovere studeamus perfectiones, nascitur.
Virtus, nobilissima virtus, quam moralis
philosophia exercendam nobis commendat,
habet in ea tantum re consistit, ut in nos,
sed ut in alios quoque expleamus officia.
Indigitur semper hominem reddat non phi-
losofiam, qui omnia tantum ad suae ipsi-
us causae commoda torquet, nil, facit,
quod non ad suam spectat utilitatem,
sicut e contrario verus philosophiae cul-
tor eo cognoscitur, si omnes occupationes
suas, omnem operam ac studium in id

49
solum confert, ut Diligenti naturae contempla-
tione, quae res homini conducant & quae nocent,
inveniat, eaq; inventa hominibus, vel illis ut
utantur, vel haec ut avertantur, commendat;
si solum vitae suae tempus ad Disquirendas veri-
tates saluberrimas, quae vel ad utilitatem homi-
num, vel ad iucunditatem aliquo afferunt, con-
sumit; idque ad aliam^{rei} philosophi qualita-
tem hanc minus necessariam me adducit.
Flagrantissimo veritatis amore philosophus
fit instructus necesse est. Nam sola sine haec
philosophi esse occupatio, ut veritatem inve-
niat, inventam divulget, divulgatam magis
magisq; semper confirmare studeat, confirma-
tam deniq; veritalem, quantum in suis solum
est viribus ad communem accommodat usum.
Veritas sanctum philosopho fit nomen. Totum

vitae suae spatium veritati consecret, pro
 veritate pugnet, confligat, lactetur. Omnium
 autem veritatum certissima sanctissima^{is} ei
 fiet vitae integrae scelerisq; purae necessitas.
 Philosophus enim, cui, virtutem alius ut com-
 mendat, officium est, nisi ipse eam colit, quo-
 modo alios amoenitate eius capi eiusq; prae-
 cepta esseque iure postulare potest? — Quomodo
 modo homo vitio immaculatus inquinatus,
 quomodo is ad philosophiam, quae mentem
 sane recti sibi consciam requirit, accedet, quo-
 modo is, qui animi quiete non gaudet, ad ac-
 curatam naturae contemplationem erit in-
 ventus? Nonne pravae conscientiae suae mor-
 sus semper in disquirendis saluberrimis
 veritatibus illum impediet? Totam igitur
 Deo erabit philosophiam, praecepta eius

940
corumpet, sicq; illas caplicet, uti cum, inclina-
tionibus corruptisq; moribus suis conveniet. Opi-
nionum suarum pravitate tanquam detestabili peste
universum inficiet mundum — Si vel nequissimus
esset latro, non tantam hominibus perniciem struc-
ret, non tam pestiferum venenum mundo pararet!
Catronis enim vitæ cum fine & flagitia ac scelera
finituræ; pravus autem philosophus, a prima lon-
gis iam annis destitutus, ineffabili adhuc damna
scriptis suis detestandis posteritatem afficiet,
ac post multa fortasse sæcula peccata committet
sunt mediocria. Quicumque igitur dignior ad
philosophiam velit accedere, is omnibus caeteris
rebus posthabitis vitam suam ita influere su-
deat, ut ne araplissima scientiæ huic sit
dedecori ac detrimento, ac facilissima quidem
via illuc ducentis ea ipse, ut omnia, quæ verita-
ti contradicunt, reversetur detesteturque. Subornis

autem formis avidissimis veritatem arripit
 manibus, si vel nebida veste est ornata, vel
 simplici caequaq; tunica est induta. Nec
 tunc illam modo amplectatur, si inclinati-
 onibus suis congruas videbit, sed si verbis
 contradicit, oculos tamen ab illa haurit
 avertat. Utq; paucis multa dicam, ubi-
 cunque veritas sibi apparet, quovis tem-
 pore, sub qualibet conditione avidissime
 veritatem arripit, nec unquam e mani-
 bus effugere illam sinat verus philosophiae
 cellor. Omnes etiam, qui veri philose-
 phi nomen mereri volunt, vult, omnes novi-
 sas ac pestiferas saepe numero subtilitates
 vitare studeat. Quid enim aliud iis pro-
 ficitur, quam largissima Dissensio conti-
 nuaq; contentio. Quod si in antiqua

tempora illa respicimus, si, quantas pertur-
 bationes perniciosae subtilitates istae hominum
 perditissimorum, qui summa cum iniuria
 Sophistarum nomine superbiere, in toto fere
 Graeciae regno concitarunt, contemplantur, in-
 utilibus sane occupationibus hisce abhorreamus
 necesse est. Nulla certe inde utilitas, nullam vite
 commodum, maximam potius Detrimentum hominibus
 summas, perniciis oritur. Tantum enim abest, ut ad
 veritatem iam inventas novis haec re accedat cu-
 mulus, ut potius illae, quae iam sunt constitutae,
 veritates interire facile possant. Verum autem phi-
 losophus ^{omnia} quae veritatibus nociva, omnia, quae ho-
 minibus quocumque modo malum quodcum afferre
 possint, summis viribus evitare studeat. Nonne
 ingenium suam occupationibus multo utilioribus
 praestantioribusq; exercere atq; acuire potest? Nonne
 multis maioribus homines cumulabit fructibus, si in

musco suo ab omni strepitu remoto sedens veri-
 tates quaerit atq; invenit, quae mundum non sa-
 pientem modo melioremq; reddat, sed et multarum
 rerum qualitates satisfaciunt, quae omnibus fortis-
 se caeteris eruditio antea erant occultae. Jam
 ad aliam qualitatem vero philosophiae cultori
 necessariam accedo. Sicut enim omnibus prae-
 tam illum esse oportet virtutibus, sic et in primis
 modestia hanc ulla ratione carere potest. Haec
 enim nisi gaudet, maximum philosophiae damnum
 detrimentumq; afferet. Opiniones suas, sint licet
 falsissimae, non posse non cum veritate consentire
 sibi persuadebit, easq; ut quilibet evidentissi-
 mas esse credat, summa vi postulabit. Omnes
 quas ipse non invenit, veritates, etsi nihil cer-
 tius, nihil apertius, nihilq; evidentius reperiri in-
 potuerit, in fabularum regnum relegabit. Memi-
 nem, opinabitur, philosophiae honori esse posse ut

98
usui, nisi sua ipsius persona. Alios inde iudato se
pro nihilo putabit atq; despiciet supercilio. Quis
tam, qd' mihi! quantam, quaeso hoc ex voce philoso-
phia utilitatem capiet? Perexiguam sane ac pe-
nicie, cuius auctor erit, longe exiliorem. Si au-
tem philosophus & modestia, omnium fere virtutum
praestantissima est ornatus, non ipse tantum, sed
ii, quibus una cum illo vivere contigit, felices
sunt existimandi. Non suorum tantummodo ope-
rum amore captus erit, nec omnia, quae sibi veri-
tati consentanea esse sunt visa, statim indubitata ac
evidentia esse putabit, sed alios antea prudentis viri
consulet, horumq; arbitrio vel veritatem vel falsi-
tatem sententiae suae diiudicandam commillet. Itē
aliorum quoque opiniones atq; sententias sine ullo
partium studio inquiret & explorabit, si quales
illos esse cumq; veritate convenire inveniet, non
suo tantum applausu illos adornabit, sed & alios

De utilitate earum convincet. Nam ad aliam
 veri philosophi proprietatem accedam necesse est.
 Non potest non verus philosophiae cultor
 esse & $\phi\rho\lambda\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\rho\pi\omicron\varsigma$. — Dignissimum ac prae-
 clarissimum ac prae nomen. Clarissimi se quidem
 possidere sibi praevidentur; sed per pauci revera
 possident. Per pauci usque ad hanc altitudinis
 gradum sese extollunt! Per pauci adeo digni-
 tatem nobilitatemque hominis sentire vel neque-
 unt vel nolunt, ut praeclaro titulo hoc digni
 evaderent. Tu vero, philosophiae cultor! tu
 nomen hoc a nisi mereris, profecto nobilissima
 quam scides, scientia ac indignissimus! — Quisigi-
 tur dignus est $\phi\rho\lambda\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\rho\pi\omicron\varsigma$ nomine? Non nisi is,
 qui dignitatem nobilitatemque hominis in tota
 extensione sua cognoscit ac sentit, is, qui
 magnam cogitationem illam in toto amplexu
 suo cogitare valet, universam ac immensam

97
animalium ratione praedictorum multitudinem unam
esse genus, unam familiam ad unum eundemque finem,
ad felicitatem creatam; qui quolibet afflictorum vexa-
torumq; fratrum suorum aspectu moerore perfundi-
tur atq; tristitia; qui salutem, gaudia ac volupta-
tes hominum una seivam degentium participat, eo-
rumq; fortuna adeo movetur, ac si ipse frueretur
illa; qui omnes terrarum gentes, licet non noverit
eas, sic tamen, ut fratres atq; cognatos amat, omnes
amplectitur benivolentia; cui, ut totam tribus ver-
bis complectar rem, cui non iucundius, non san-
ctius est officium, quam omne studium suum, omnem
opus, omnesq; vires ad com modum, ad salutem, ad fe-
licitatem omnium, quos universus capit mundum,
hominum, libentissime impendere. Hocce in locola-
tius sane possem evagari certerq; evagarer, nisi tem-
poris ratio paullo brevior me esse ad moneret.
Quanta enim, quamq; praestara de excellentis-
sima haec virtute dici possunt! - Caput

est ad eo amplius, ut pervenire illam possit
 nemo sine mortalium. Sed qua ratione philo-
 sophus omnia $\phi\rho\lambda\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\varsigma\ \omega\pi\omega\nu$ officia explere
 poterit, nisi ingenia animosq; hominum bene
 riteq; noverit. — Studcat igitur, quantum
 in sese erit, hominem; Perquirat eius naturam;
 exploret omnes illius inclinationes; Videat,
 quantum humanum ingenium in altum sese ex-
 tollere, quantum ad Divinitatem propius possit
 accedere, sed quantum etiam ex fastigio suo
 delabi, quantum subinfimum bestiarum genus
 possit descendere. Examine, quem ad gradum
 hominis ingenium animus possit excoli emen-
 dariq;, quomodo ille virtutibus ornatus, et
 corporis vinculis se quasi effere possit, et ad
 quoddam saltem temporis spatium humana
 oblivisci, altioribusq; occupari possit negotiis;

sed et Despiciat in perniciem illam, in quam animus
 hominis vitis immaculatus incidere potest, videat, quan-
 tum homo insanus felicitatis, suae inimicus sub homi-
 nis dignitatem nobilitatemq; odabi, ac bestis pruden-
 tia carentibus postponere sese potest. Omnia tunc, quae
 videt, ad emendandos hominum mores, ad salutem feli-
 citatemq; fratrum suorum exhibeat inq; hac etiam re
 hominibus prodesse studeat. Nunquam quoq; philo-
 sophiae cultor res humanas, opes, divitias, honores
 magis, quam par est, amet. — Si divitiae illi adflu-
 xere, utatur eis ad benefaciendum egentibus atq; mi-
 seris, ad sublevandam pauperum miseriam, ad pro-
 movendas tam suas ipsius, quam aliorum profici-
 ones, ad omnia tandem bona ⁱⁿ ~~faci~~enda, malage-
 cienda. Omnibus deniq; quae bonum decendoi-
 rum, virtutibus sit ornatus. Is enim, qui philosophiae
 cultorem se profectur, eiusq; praecepta alii commendat,

is si una tantum virtute caret, multo maiorum au-
 ctor erit malorum, quam alius non philosophus, qui
 omnibus virtutibus est Destitutus, nullosq; vitio caret.
 Caeteri enim homines scelerati exemplum eius mali-
 factis suis atq; criminibus facile possent practudere.
 Sin vero omnibus, quae potest, ornatus est virta-
 tibus, alii forsasse vitam eius exemplo sibi propo-
 nant similesq; eius evadere studebunt. Sicque,
 pro mea quidem sententia, plurimas easq; maxime
 necessarias, quae verum philosophiae cultorem prae-
 ditum esse oportet, virtutes explanaverim. Namq;
 et meum esset, caeteras, quibus non potest non in-
 structus esse verus philosophus, artes animiq; do-
 tes demonstrare. Cum vero adhuc paullo fuerim
 longior, ne vestra, Auctores Spectatissimi,
 qua hactenus differentiam meam, ~~sed~~ quae vestra
 est clementia, proscuti essis, patientia abatae
 vereor. Animus mihi igitur est, alio tem-
 pore de hisce, quae dixi, dotibus
 verba facere.